



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 89. Burgundi axercitus clades ab Helvetiis illata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

millitum
Quapro-
aucibus
statuit,
n Belli-
ntia ma-
uci ex-
se rece-
spe ad-
rbis ex-
ulo post
m anno-
a rever-
te cum
æquum
i consili-
lus spre-
fui rui-
ne exer-
agmen
ipsius
que po-
tervallo
em Hel-
noti ex-
sagitta
circum-
ad vise
colaturi,
ium re-
o agmi-
reliquae
Hel-

Helvetiorum copiæ a dextra lœvaque Sæcul. XV.
primos montis aditus obsidebant, ut Bur- A.C. 1476.
gundis magno numero incautius, longius-
que per angusta viarum abreptis, redi-
tum intercluderent, hostemque a tergo
strenue aggredierentur.

§. LXXXIX.

Burgundici exercitus clades ab Hel- vetiis illata.

Helvetiorum consiliis per omnia succes-
sus suus collusit. Burgundiones Commis.
lib. 5. cap. I. enim cum magna primi agminis parte
montium recessus nullo obstante pene-
trant, primique militum ordines in Hel-
vetiorum agmen præcipiti furore irruunt,
tantoque numero reliqui insequuntur, ut
locus ex condito vacuus neglectusque
in momento temporis Burgundo milite re-
pletus esset. Hoc facto Helvetii dextror-
sum, ac sinistrorum dispositi dato signo
prorumpunt, viarum aditus intercludunt,
& residuam Burgundorum partem, quæ
in prima acie erat, adeo scite propellunt,
ut nec ultra progreedi posset, eo quod Hel-
vetii obversis hastarum cuspidibus obsta-
rent, nec amplius pedem referre valeret,
cum alterum hostis agmen retro viam ob-
struxisset. Unde Burgundiones ita arcte
conferti & quasi cohærentes stabant, ut
nequidem se movere potuerint, sed gran-

N n 3

dinan-

Sæcul. XV. dinantes sclopos, atque sagittas, ne non
 A C. 1476. volitantis minoris plumbi globos exciperent, quin tamen scire possent, ex qua parte tam fæva eos tempestas persequetur. Denum vero ad unum omnes, qui montium fauces penetraverant, impune trucidati sunt; residuae autem primi agminis legiones, cum fuga saluti suæ consulere quærerent, cæco impetu in mediam aciem impegerunt. Helveti, cum omnia vario tumultu turbata cernerent, hac opportunitate usi protinus omnes suas copias in unum agmen congregabant, ac fugientium tergis presso pede instabant.

§. XC.

*Burgundus inter fitos quintus
 fuga dilapsus.*

Verum hujus victoriæ gloria Helvetiæ ne quidem certaminis discrimine stetit, reliquis Burgundionibus tanto terrore concussis, ut nonnisi fugæ intenti, ad secundam usque aciem, cui ipsi Burgundus imperabat, retro cedere toto studio contenderent. Dux innumeris perfunctus periculis, ægre præcipiti fuga morti sese subduxit, & quintus inter suos Juveniacum, oppidum ad confinia Burgundiæ Comitatus situm, pervenit, ac quindecim Gallicas leucas, quin unquam equum

Zeigné.